



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Gundisaluus de Tapia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Mors.
Disce à
mortuo.

Animo-
rum.
Zelus.
Calum.

Hispanus.
Deborope.
10. Julij.
1594.
ætat. 34.
Soc. 18.

Fides.

excelsâ demissione, ac fan-
ctimonix famâ memorabi-
li, semel iterumque conspe-
ctus, impensè suavit vt infide-
lium animæ omni omninò
adhibitâ operâ & diligentia
iuuantur: sibi autem datas
à Deo plures animas, vnâ
secum æternis gaudijs poti-
turas ..

P. Gundisalvus de Tapia.

Intra 17. dies barbarum
Cicimecarum idioma perdi-
dit, charitate memoriam
sustentante. Primus nec sine
fructu lætabili peruolauit ad
cultionem Topianæ gentis,
quæ homines vorat; ceruos,
cuniculos, aquilam, nouacu-
lam è filice formatam, varijs
temporibus adorat. Cina-
loenses deinde instruxit; vbi
& ingenia mitiora, & terra-
bis quotannis frugifera; vbi
fur,

fur, aut mendicus nullus. Ad
 vicinos efferos homines mis-
 sus, cum P. Martino Paëz
 breui duo millia capitū ba-
 ptizauit; & viginti, aut plura,
 templa condidit. Nacabeba
 fenex: quispiam libidinibus
 fœdatus, eòque monitoris
 impatiens, Gundifaluum,
 cum Deiparam è rosarij se-
 rie ac formulâ salutaris, cal-
 lidè aggressus, adduxit eò si-
 carios; quorum vnus clauam
 in Gundifalui caput impref-
 sit, ac IESVM clamanti bra-
 chium alij, & caput amputa-
 runt. Coorto terræ motu,
 Ethnici ad eius tumulum,
 cum donis supplices adière.
 Sicarij facti sunt; eum idcirco
 cæsum, quòd è suo illo Euan-
 gelio castitatem prædicaret,
 atque vrgeret. Post mortem
 spectatus est fœminæ, quam

B.V.

Castitas.

Mors ..
Cælum.

*Disce à
mortuo.*

*Confessio.
Negligen-
tia.*

*Indus
è noua
Hispania.
Manila
14 Iulij.
1627.
æta: 59.*

conuerterat, in aurea domo,
cuius vestibulum duo adole-
scentes lucidi occupabant.
Illuc visus est permultos in-
troducere Gundisaluus. Pe-
tebat & illa eò ab illo, ceu
noto suo ac spiritali olim
Patre, admitti, atque indu-
ci: at Gundisaluus; Necdum,
inquit, est tempus: neglexisti
plura quæ à me didicisti: &
particularim in confessione
hoc atque illud (& quædam
illi peccata singillatim sug-
gerebat) omisisti. Euigilauit
illa: & accersito quodam è
Societatis Patribus, tam ea
quæ viderat, quàm deinde
omnia totius vitæ peccata,
nullo voluntariè prætermis-
so, syncerè aperuit.

P. Thomas de Montoya.

Quæ tyrones, quæ Indos in
scholis, quæ populum palàm
do-